

HELIOTROPIUM,

id est

FLOS SANANS LEGUM

Seu

JUDICIORUM CORRUPTORUM REFORMATOR

D I V U S I V O

vel

ORATIO PANEGYRICA de

D. IVONE,

Facultatis Juridicæ

PATRONO

in
Basilica Teynensi

coram

SENATU POPULOQUE ACADEMICO

habita

ab

AMBROSIO ANTONIO FISCHER, J.U.

Auditore Bohemo Falckenovensi.

ꝝ Vo, In q Vo Magnæ f U Jt Un D I q Ve pa X

a q V I L æ a U C t a.

Mense Junio die 20 hora 9. matutina.

Typis Georgij Labaun.



ILLUSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOMINO
JOANNI
ANTONIO,
SACRI ROMANI IMPERII
COMITI DE NOSTITZ
ET
RHINEKH,

Hæreditario Domino in Falchenau , Heinrichs-
grün, Tschocka, Lietmiz, Grasliz & Saar &c:

Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Intimo Con-
siliario, Regio Locum-tenenti, & supremo Feudorum
Judici in Regno Bohemæ.



*DOMINO DOMINO MEO CLEMEN-
TISSIMO ac HÆREDITARIO.*

ILLUSTRISIME ac EXCELLENTISSIME
SACRI ROMANI IMPERII
C O M E S ,
DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.



Ulòd Clementià Tuâ commotus,
ardore vero animi mei proclivis
limina Tua magna, que falco (a)
submississimus trepidis meis e-
minus pulsavialis, tandem acce-
dam, Magnum & Clarissimum
Tuum facit Nomen, (b) ob quod
ut D. Ivo Heliotropium, it à etiam Tibi non inconcinnè
Illud (c) adscribo. Dum autem majori intimas predicti
naturæ virtutes perlustro perspicacitate, Heliotropi-
um Phœbo cum suo oriri, suo cum occidere, reperio.
Heliotropium D. Ivo suum affecutus Phœbum; Tu
quog, Phœbi Affectione, opeq, Aquilæ (d) (quaæ secundum
Claudianum

(a) unde di-
cta Patria.

(b) cum lem-
mate: Me
copia ripis
extulit. Ca-
sar Nomen
hoc amat.

Svecia su-
ffirat, Po-
lonia des-
derat, Bo-
hemia am-
pleteatur.

(c) cum
lemmate:
Omnibus
exerior.

(d)cui lem-
ma. Est a-
mula folis.
vel

tia In uno duo.


Consulit ardentes radios & luce magistrâ,
Naturam vires, ingeniumq, probat.)
Tanquam Pullus in Faciem Phœbi Austriaci latus,
ab Ultrisq, oculorum Tuorum claritatis, & inconniven-

tie causâ, non solum in Niveas septentrionem versus
 missus Oras, verum Redux inter Proceres ad Se Ipsam
 Reginam Aquilam tuendam positus fuisti. D. Ivo sa-
 nans flos; Tu neminem dimittis nisi sanitati restitu-
 (c) ex vita tum. D. Ivo Judiciorum corruptorum Reformato;
 D. Ivonis. Tu supremus Feudorum Judex, omniag corruptare
 formas. Visâ itâg, symmetriâ, cùm Tibi soli Heliotro-
 pium, Nullig, alii convenientius adscribi quadret, ora-
 tionem meam Clementiâ Tuâ Ductrice meâ (quâ ad Tul-
 (f) Pytha lii Palaestram, Benignitate, ad Amorem sapientiæ, (f)
 goras apud Magnô Judicio Tuô, ad Juris-Prudentiam, tandem
 Laërtium,
 & D. Au. etiam in publicum prodire ausus) submississimè præ-
 gustinus l.i. sentare præsumo, in Clementissimas eam manus suscipe
 de Ordine Tuas, quoniam omnia, que de D. Ivone profero, ex spe-
 culo Tuo desumpsi, & omnia, quæis D. Ivonem fœcun-
 do, ex fœcundissimo Tuarum virtutum nilo derivavi.
 Vive ergò ILLUSTRISSIME ac EXCELLENTISSI-
 ME DOMINE DOMINE! vive Patriæ, à qua
 amplecteris, cuig, semper serenè oriris. Vive clemen-
 ter submississimis falconibus Tuis, & mibi omnium mi-
 nimo, dicenti

ILLUSTRISSIMÆ AC EXCELLENTIS- SIMÆ DOMINATIONIS TUÆ.

Submississimus servus

AMBROSIUS ANTONIUS FISCHER, Falchenoviensis.



 Aber cœlum faces suas, quæis universi vi-
 ventia excitat , habet terra flores suos,
 quæis Sabæa mittit suffimina , Assyriis
 gloriatur fragantiis, me tamen (quam-
 vis maximis à Numine excelsō morta-
 les fœcundati ideis) hodie infœcunda-
 tum , aridum & his destitutum sentio.

O superi! unde mihi incipiendum ? aut ex qvibus Miner-
 væ fontibus Florem Legum D. Ivonem Facultatis Juridicæ
 Patronum laudum encomiis perorando afficiam ? Profectò
 tot diversæ sympathiæ flores meis objiciuntur oculis , ut,
 ubi de Flore Legum me fari, immortalem deprædicare o-
 porteret, tantâ amabilitatum congerie dissimilium captus

florum , mei confusionem quæram , & ut flos ipse deflo-
 rescam. Bene commeditatur non habebis sublevantem
 te si solus cecideris ; proindè nè in laudibus D. Ivonis mei
 enarrandis pericliter, ad singulas Almæ hujus Universitatis
 Facultates submississimè recurro, à singulis fulcrum suarum
 scientiarum expetens, ut eò expeditius Florem D. Ivonem
 ad stipulam Justitiæ florentis extollere queam. Plurima
 Philosophia tanquam omnium rerum indagatrix de flo-
 rum natura, tam vegetabilium quam sensitivorum existen-
 tia discurrit, habituum multorum ordinat complexionem,
animi medetur morbis , & sic non immeritò , si Asylum *Cicer. 3.*
 meum ad vos Doctissimos Philosophos conferam, fecero, *Tuscul. 9.*
 vestrum est, quod anhelo, favete mihi peroranti aridis affe-

Ecccl.

Et o artibus in laudem D. Ivonis vestri medelis roris, siquidem *qualis medicina animorum Philosophia*, talis *D. Ivo ex virt. D. corruptorum judiciorum sanans flos.* Ad vos quoque Excellentissimi Medici supplex meum dimitto verbum, vita vestra est ros, super ægros torans nestoream prorogat vitam, hunc etiam in meos aridos stillate artus, pro his opem imploro vestram, medicamenta desidero, pro excolendo Flore D. Ivone, nam Justin: teste: *quod medicamenta morbis, Novell III. hoc flos Legum prestat controversis.* Vos quoque Eximii in prefat. Theologi, aridæ conferte eloquium lingvæ, de DEO vos loquimini, DEI loqui estis, & id ipsum magnum Ecclesiæ Lumen D. Augustinus testatur, *Theologiam esse sermonem & Lib. 8. de rationem de DEO*; Si sermo & ratio vestra est de DEO, Civit. DEI per consequens futura de Sanctis, quorum unum nunc D. C. I. Ivonem infacundō sermone meō, ut foecundem, vestram supplico addite facunditatem. Ad vestram deniq; Clarissimi claritatem in tanta verborum meorum obscuritate recurro, vestram præbete Juris-Prudentiam, *qua Divinarum Lib. 1. Inſt. humanarumq; rerum notitia est*; vestram justitiam, ut D. §. 1. l. 10. ff. Ivoni, quod suum est, tribuam; vestram fortitudinem, ibid. quâ debiles confortentur artus; Vestram constantiam, nè in recolendis D. Ivonis virtutibus, aut deficiam, aut, quod à Juris-Consulto alienissimum, pravis affectibus cedam. que in Tem. Tuæ pariter Magnificentiae aram Magnifice - Rector pto Hiero- formidine & caligine captus accedo, Pericles es Diei solymitano amicus, apertis natus oculis, lucis avidus, eò quod in omnibus ad lucem erumpere festines, faveto mihi Tuum preces Leo DEI dicebatur. fundentijubar, ad tenebrosum lucum meum dissipandum, Qui quon- auratis verò D. Ivonem lychnis collustrandum. Tandem dam in ure. ro matri, in à Vobis A. A. Academici, efficaciam sapientiæ vestræ, effla- bello arbo- gito, vestrâ benignitate comite, aurea proferam verba, ve- nis Leo eſ creditus. stræ



stræ facundiæ fœcunditate florida , Claritate perspicua, Ma-
gnificentia vestrâ munitus appositè ordiar, favete.

Vix orimur morimur , iu ore omnium est, sic flos , ubi
aureis radiis suis oritur aurora , vitam illi vegetabilem in-
fundit, & Poëta canente:

*Aurea dum fulget roseis aurora capillis
aurora colores*

Indust

Amethystinô colore mirificè decolorat , subitò super-
ingrediens Titan ut potè filiæ auroræ amasius, amicit, eum
insolescere pariter efficit, ridet, ridendo Zephyri motu fo-
liis salit, saliendo corda mortalium in sui amorem trahit.
Ast dum radiis suis abundè extremas per orbis oras effusis,
hesperium petit littus, arvis aureos denegando oculos, un-
dis favendo ecce : *quod citò sit citò perit, vitâ flos privatur,* &
suo interitu plangit. Non sic cum D. Ivone, non sic, flos talis
non fuit, qui vitâ denudatus, talis non fuit, qui cum lumine
majori ut producto occidebat, talis non fuit, qui fibras egit
in terris, sed in cœlis, & sic non deviaturus, si D. Ivonem
Heliotropium dixero, suffragante Psal. Davide *cum justis flo-*
rebit. Quid A.A. Academici de flore phæbejo sanante mi- Psal. 91.
hi dicendum ? virtutes hujus apparuêre floris, priusquam
floricomo à Flora vireto mandatus, gratâ favonii temperie
multus, Tymbræ suò distillatus fuisset ; jam melleæ bra-
ctææ exoriebantur, antequam maternam iliam deseruisset.
Quid de flore satiantem mihi exclamandum ? dum nondum
editus esurientes & sitientes justitiam jam satiavit ; spem
enim justitiâ egentes, in Florem futurum D. Ivonem col-
locârunt. Cedat hîc portentum Augusti Cæsarî, cedat
Virgilii ! licet de hoc virgam, de illo solem somniârint,
mortuæ fuère tantum præfigurationes, non verò in D. Ivo-

ne; Siquidem visceribus maternis inclusum, protrusum à Divina Radice calycem, egentes justitiâ folia, ægri horum virtutes expectabant, expectando intuebantur. Vix annos discretionis adeptus Lutetias ad addiscendas artes liberales missus, conformando Tullii palæstræ, illis, inhæsic ferver-
Radix om- ter, amore insecurus constanter, & quò majori Palladem
nium bono- amplexus animō, eò viliori *sordes affectatas & exquisitas de-*
rum C. quia licias rejecit contemptu. Verùm enim verò, non procul à sli-
de pœnit. pste fructus: Radix Doctores inter, in basilicis tenerimis
diss. 2. docuit annis, sic flos & fructus ejus, non tantum Doctos se
Distinct. 41. docentes, majori redocuit zelō, verùm omnes antecelluit,
in prin. Haustis jamjam bonarum artium disciplinis, maximóque
virtutum imbutus compendiō, Aureliam se contulit, ibiq; in Juris Pontificii in SS. Theologiae studia incubuit. O D.
Ivo ! quales tunc flores ex tuis hiabant calycibus? ex
floribus fructus? ex fructibus sapores & odores mellei?
quorum odorandorum causā, maxima confugiebat turba,
imò odore per svavissimum Zephyrum in terris, clemen-
tissimum Palæmonem in mari propulsō, Pierides inter &
Pegasides decantatō, à Redonensi Archi-Diacono Judex
Ecclesiasticus constitutus. Quid ex flore? Judex: nec fi-
Josue C. 10. xus in hoc nec sol immotus vistus (quamvis siderum Hyper-
tion clamore *sta sta* denuò oneratus) cursu tamen veloci-
ssimus, radiis suis fœcundissimus eum ematuravit, do-
nec tandem à Trecōensi Episcopo ad fastigium seu locum
Judicis Generalis evectus fuisset. Stetit Judex flos selectissi-
mus, stetit *Heliotropium*, flos, quia floruit, Judex, quia Ju-
sticiæ Antistes, quem posteri, utinam omnes respicerent
tanquam centrum & metam responsa boni & æqui pro-
mentem; Antistes, ut Quintil. & Plinius, quia Juris Pru-
dentiae præfuit, & Juris V, benignissimum egit interpre-
tem.



tem. Tales placuit honorari, si docendi peritiam, facundiam l. unica C.
 dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamq; differendi se habe-
 re patefecerint. Docuit D. Ivo dum didicit, corrupta judi-
 cia suâ restituit facundiâ, subtilitates juris (*summum enim*
jus summa injuria) ex rigore suo jam totaliter immersas ad
 æquitatem benignitatémque reduxit, copia differendi co-
 piostissimâ prædictus, die noctuq; non aliud meditatus, quâm
 suô informare exemplô, priscorum judicum severitatem
 lenire, & sanctitatem, id est meram æquitatem plantare,
 inque omne propagare ævum. O Meditatio sancta ! De-
 scende amabò pauxillatim pseudopolitice meum in jam
 cinere inhamatum metamorphoseos statum, perlege ru-
 bras majorum leges, in veterum rigorem oculos dejice, vi- *Juvenalis*
 debis, quâ à Judicibus pauperes tyrannide domati, scripto *Satyr.* 14.
 pervolves, quâm miserâ, lugubri illi in labyrintho lamen-
 tati voce, *pauper ubiq; jacet.* Nemo audiebat, *aures tamen*
habebant; nares habebant, sed sulurramen lamentantium, *Psal. 113.*
 in aureo perditionis igne, quô citô justitia corrumpitur, uren- *Can. 72.*
 tem non odorabant; os habebant, justitiam administrare *XI. q. 3.*
 solebant, pedes habebant, ire, currere, expedire causas
 pauperum recusabant. Videbis iterùm miseros metalli-
 cos at sinè aurifodinis, & ideo insigniti hoc erant, *si ni-*
bil attuleris; limina judicum cavere jussi tanquam ini-
 quam causam, (*si nihil*) foventes, cùm interim post semi-
 tas sangvinolenta manserint vestigia. Quis autem durè
 sonantia ad svavem elevavit harmoniam ? None D. Ivo ?
 verùm Hic rigorem postposuit æquitati, domatos libera-
 vit frœnô, naufragio proximos rogantes, *salva nos pe-*
rimus, exaudivit, aures miseris, os justitiam esurientibus *Matth. 8.*
 aperuit, vestigia fixit, molémque pauperum leniendo, his *v. 37,*
 lemma gratis accipite, Judicibus verò gratis date inseruit,

de Profess.
 qui in Urb.
 Constant.
 Cicero in
 Im. Offic.



judicium fores patebant omnibus , sic erat D. Ivo Triumphator , qui fregit ostia sauciatisque medebatur . Felix Britannia ! imò ter felicissima ! quam inter & olympum Flos tam saluberrimus floruit : felices æquoreæ tartessiaæ que oræ ! quæ majali gloriabantur Flore : faustissimi Parentes ! quorum lacte *Heliotropium* nutritum , Numinisiderum ad vernum usque tempus asservatum, pauperibus solamen , terrarum orbi perpetui odoris Flos datus fuit.

Novell. 17. Pauperum lites gratis audiantur clamavit D. Ivo , novit e-
demandat. nim benè , quæ pauperem , dum non habet quod offerat , non
princ. Cap. solum contemnunt, sed etiam contra veritatem opprimunt , no-
sit tibi 3. rit causas pauperum , & verus Pater erat pauperum & cor-
II. q. 3. C. pauper. Nempe scapulis suis ærumnosum
Prov. 29. pauperum fulsit vulgum , injuriis depresso , harum in-
Job. 29. dixit justitium , libitinæ jam quasi traditos ad vitalem re-
vocavit auram , & quotquot viribus artus ejus abundabant ,
omnes subsidio dedit , sic paternè sanavit ossa , quoniam
conturbata erant valde. Dixi A.A. Academicici D. Ivonem
fuisse Florem saluberrimum id est *Heliotropium* , qnod (si
fidei Uffenbachi non contrariemur) fellem fugat , mem-
bra doloribus affecta reddit firma , reconfortat medullas.
Omnia hæc in D. Ivone verificata fuere , Hic enim æru-
mnis angoribüsve tactos non suppressionis terruit felle ,
verùm nodos illorum solvit melle , non invexit in eos feri-
tate , sed levavit benignitate , vocavit mœstos , dimisit la-
tos , benignam protulit sententiam , ut benè administra-

II. q. 3. C. pauper. ret justitiam. Utinam forent omnes D. Ivonis affæclæ , al-
I. Diviu 14. taque imprimerent mente , nè pro amico sententiam fer-
C. de offic. rent , aurò justitiam violarent , afflictis adderent afflictionem ,
prefid. C. ex & sic justitiam mutarent in viperam. Habent hic A. A.
parte de Academicici verissimum Radicis Florem (de qua ortus) D.
Cler. egrot. Ivonem ,

Ivonem, Illa terræ, Hic capitolio consuluit. Quid terra
 vacua? *terra autem erat inanis & vacua.* Quid capitolium *Genes. 1.*
 vacuum? hinc illam graminibus, cespitibus, herbis, ut
 pecora saturentur, ramis, frondibus, arbutis, ut aves in
 illis lares struant, rivis, fluentis, ut pisces natent, his ta-
 men omnibus DEus ornavit, ideo ut vivat homo; hoc ve-
 rò cùm vacuum & inane, & odit hujus iniquitatem, dilexit *Psal. 44.*
 autem *justitiam, aequum & bonum,* ut pauperes consolentur, *ibid.*
 fulcrò æquitatis, ut claudis ac debilibus suffulciatur, §. 28. *Inst.*
 collyriô, ut cœci collinantur, D. Ivo ornavit, ideo ut rectè
 judicet Judex. Unicò ut complectar omnia, tanta D. Ivo-
 nis in judiciorum corruptorum restitutione, Judicum in-
 formatione, pauperum medicatione, pupillorum educa-
 tione, viduarum consolatione, cura fuit, ut indè refor-
 mator æquissimus, Judex justissimus, Medicus saluberri-
 mus, Tutor fidelissimus, Pater benignissimus vocari
 meruerit. Porrò D. Ivonem convenienter quoque
 afferui *Heliotropium* seu ut interpretantur *Monstrans viam,*
cujus vita respicit solem. DEus Radix, de qua Flos D. Ivo
 processit, est sol, quis spiculis suis D. Ivonem, ut perennet,
 vibravit; coruscatus autem hiabat, dulcedine justitiam
 esurientes lactavit, omniūmque ærumnarum expertes red-
 didit, justissimum Justiciæ antistibus *Monstrans viam* post se
 reliquit. Ivit tandem, quò stellæ eunt, quibus emutuata à
 cinthio claritas, ivit munere suò functo, ubi laureis cingun-
 tur capita; & Radici, ex qua floruit, Patriæ, de qua oriun-
 dus, incorporatus, intérque flores immortales collocatus
 fuit. Hæc sunt A. A. Academicæ, quæ D. Ivonem *Heliotro-
 pium* id est Florem sanantem fuisse demonstrant, hæc sunt,
 quæ Illum judiciorum corruptorum reformatorem ostendunt, à Radice, cicatrix orbis terrarum, flore, intricatio le-
 gum



gum sanata , corruptaque reformata fuere. Illa mundo,
Hic mundo , ut mundus floreat mundus consulendo ad
punctum devenerunt unum.

*Quo unus tendebat pariter tendebat & alter,
Hic Heliotropium Phœbus & Ille fatus.*

Parce nunc in occasu orationis meæ , O D. Ivo ! mihi
oratori , & si laudum tuarum nilum calamô meô non sat
perremigavi, Tuam linquâ meâ fecunditatem non sat di-
movi , parce , calamum meum lassum Tibi cedo, qui es
Psal. 44. indefessus *calamus scriba, velociter scribentis*, & aridam lin-
quam meam Tuæ subjicio fecunditati. Tacendum mihi
est , meo digitum Tuum apposuisti ori , dixi aliquid & ni-
hil , & dum de encomiis Tuis plura dicere conabar , infi-
nita me exhausere , meaque arescebant verba. Tu quo-
que Senatus Academice, A. A. Academicici parcite dictioni
meæ , Vestrô quidem ordiebar favore , ast hoc abutebar,
Vestrâ facundiâ , sed infacundus auditus , Vestrâ claritate,
quam densis meis periodis offuscavi , sic indignissimum
omnibus me reposui , ut necessariò cum Psal. Davide fi-
nem dare loquendi cogar , occidente solis claritate , la-
buntur verba , & vespere decidunt , indurant
Psal. 89. & arescent.

D I X I.

